

Franckesche Stiftungen zu Halle

Dissertatio Theologica De Vnione Fidelivm Cvm Capite Christo ...

**Haberkorn, Peter
Breckling, Friedrich**

Giessæ, 1653

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-219422](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-219422)

9

IN NOMINE JESU
DISSERTATIO THEOLOGICA

DE VNIONE FIDELIVM CVM CAPITE CHRISTO,

Ex Sacra Scripturâ, piâ Antiquitate & Ecclesiæ doctribus
delineata :

QUAM
DEO DUCE

IN ILLVSTRI GIESSENSA,

SUB PRÆSIDIO

VIRI PLVRIMVM REVERENDI, AMPLISSIMI

atque Excellentissimi

DN. PETRI

HABERKORNII,

SS. THEOL. D. ET PROFESS. EJUSDEM
PUBLICI CELEBERRIMI, ECCLESIAE GIESSENSÆ
PASTORIS VICINARUMQUE SUPERINTENDENTIS MERITIS-
simi, Acad. pro temp. Rectoris Magnifici, Dn. Præceptoris, Fautoris
ac Promotoris sui omni observantiæ cultu ævi-
ternum honorandi :


Publica ventilationi subicit,

FRIDERICUS BRECKLINGIUS FLENSBURGO
HOLSATUS,

Ad diem

Martii horis matur. in Audit. Theol.

1. Cor. 3. 16. Annescitis vos esse templum Dei, & Spiritum Dei habitare
in vobis, neque vos esse vestri juris? (c. 6. 19.) Si quis templum
Dei violat, hunc perdet Deus, nam templum Dei sanctum est,
quod estis vos.



G I E S S Æ

E' Typographéo CHEMLINIANO.

M. DC. LIII.

3 X

ADMODUM REVERENDIS
Excellentissimo, Praclarissimis, Doctissimis,
ardentissimo Veritatis Evangelicae & Pietatis Sin-
cera Zelò maxime conspicuis

VIRIS

- DN. STEPHANO KLOTZIO, SS. THEOL. D. CELEBERRIMO,
 Seren. Regis Daniae per Holsatiam Superintendenti generali fidelissi-
 mo, Praefecturae Flensburgensis Praeposito dignissimo, & Ecclesiae ibid.
 ad D. Nicol. Pastori longè meritissimo, Promotori ac Fautori suo offi-
 ciosâ observantiâ submissè de venerando;
- DN. M. JOHANNI BRECKLINGIO, THEOL. EXIMIO,
 Ecclesiae Handevvittensium Inspectori per 30. Annos vigilantissimo,
 Parenti suo submissâ animi reverentiâ ac aeterno honoris & amoris
 cultu honorando;
- DN. M. HENRICO DAME, ECCLESIASTÆ OVERSEEN-
 sium dignissimo, Avunculo suo, nullo non honore, decorando;
- DN. JOHANNI NAUCLERO Lindholmensium Antistiti optimè
 merito ac emerito, Seniori prudentiâ & autoritate gravissimo, Affini
 suo suspiciendo;
- DN. JOHANNI JESSENIO ECCLESIAE Wihensium Pastori
 vigilantissimo, Susceptori ac Affini suo, debito more ac amore, prosequendo;
- DN. JOHANNI BOETIO, verbi divini Praeconis apud Rismenses
 fidelissimo, Affini suo, singulari observantiâ, colendo;
- DN. OL'AO JOHANNIS, Viro Egregio, Ministro Christi apud
 Flensburg. ad D. Nicol. pervigili, Affini, Fautori ac Amico suo tam
 observando, quàm summè diligendo; ut &
- DN. JOHANNI BRECKLINGIO, Architecto ac Plantatori Ecclesiae
 Lindholmensium diligentissimo, Fratri suo sincero amoris ac honoris
 cultu afficiendo;

Charitatem DEI, Gratiam ac Pacem Domini nostri Jesu Christi,
communione Spiritus S. omniacq; prospera à Salvatore suo Pr.

Fridericus Brecklingius.



Ostis intra muros, Tyrannus crudelis intra mœnia Reipubl. Ecclesiasticæ irrepsit, cujus caudam lupinam sub pelle ovinâ dependentem à tergo videmus, à fronte vix conspiciamus, nam ut Angelus lucis intrat ac placidè nos *Argos* etiam consopit, ut Sponsam Pastorum custodia traditam, Christo abducatur. Mille artifex alios planè excœcat, ne & ipsi videant, & alios doceant Evangelium gloriæ Christi, aliis mundum & seipsos objicit, ut his intenti, ipsum sub repente non sentiant: Et si quos *Canes* adhuc vigiles circa gregem Christi invenit, inter eos os decarnatum quasi Pomum *Eridos* ac dissidiorum semina projicit, ut ita hostes suos inter sese committendo suam potentiam stabiliat, hostiumque manus & arma, parandæ sibi victoriæ instrumenta cernat. Urit ipsum unio ac consideratio nostra cum Christo mutua, quâ junctâ vi & armis sub Imperatore nostro contra ipsum pugnamus, quare huc omnes nervos intendit, ut, quod per vim non potest, per insidiosas technas suas, Duces Exercitus Christi in primâ acie constitutos in dissensiones mutuas trahat, atque ita, unitatem nostræ Reipubl. robur ac præsidium discindendo, totum Exercitum expugnet. Sed Ah! vigilemus & armaturam Dei assumamus, nam cum spiritualibus Improbis, cum Principe mundi nobis lucta est, qui perpetuò vigilat, circumit & invadit nos mox, ut Leo rugiens, hinc ut lubricus Serpens, jam ut callidus vulpes, tantum ut nos circumveniat & ab unione cum Christo retrahat. Per connexum Spiritus Pacis ac Charitatis jungamur invicem & superstruamus Ecclesiam super immobile fundamentum Christum, sic Civitas Dei inexpugnabilis erit. Sumus membra unius Corporis sub uno Capite Christo per unum Spiritum vivificantem, conglutinata, non igitur dissidium sit in corpore, sed communis honor, sollicitudo ac perpassio omnium sit, unâ animâ, uno corde, pro salute totius corporis laboremus, junctim illud contra vim externâ defendamus, sic erit *Inviatum foris, quamdiu concordia domi*. Rejectaneus ac maledictus sit, qui Pacem ac Unionem solvit, Huc tendit Præsens Disputatio. Quam ideo elaboravi, ut tum constantem Patrum ac Theologorum nostratum sententiam cum SS. congruentem, de Unione hæc collectam, constituerem, ac in mysterio hocce salutifero me ipsum erudirem: tum ut vobis Specimen laborum Academicorum, indefesso labore ac pietate hactenus, in unius Christi Gloriam & Ecclesiæ commodum, exantlatorum, exhiberem. Quare accipite eam *Viri Rev. Excell. Clar.* quam vobis sacram volo, non ex more, sed ex amore ac gratitudine, memoriam benevolentiae ac beneficentiae vestrae recolente, ideoque non ex parvitate muneris, sed ex voluntate ac intentione offerentis summum quod potest, æstimandam: Accipite eam à manu ejus, qui vobis obstrictus ac devinctus est, à commembro vestro, quod quotidie pro *Vestra* ac totius corporis Salute apud Sponsum suum intercedit, nequillum onus, laborem ac officium pro Christo ac incolumitate vestra recusat. Valete, vigete, vivite diu Vobis, & Ecclesiæ, ac favete ei, cui ipse Salvator noster favet,

*Vestrarum Pl. Rever. Excell. ac Claritatum Observantissimo,
Friderico Brecklingio.*



Jesu Christo Θεανθρωπῶ, Fratri, Sponso, Amico, Ductori
ac Doctori soli sit laus & gloria!

Adventus
Christi tri-
plex.



Vnionis
gratiosa
sublimitas.
dum est
Mysterium

Necessitas
ejusdem.

Uod de Adventu primo Filii Dei in carnem Spir-
S. dicit, esse sc. illum, mysterium *ἡμολογούμενον*
magnum, 1. Tim. 3. 16. idem de Adventu se-
cundo gratiæ in corda fidelium testatur, quod
sit mysterium magnum, Eph. 3. 32. abscondi-
tum à seculis & ætatibus, nunc autem ma-
nifestum factum ac in lucem prolatum, ut
omnes cognoscant communionem, divi-
tias ac opes impervestigabiles gloriosi hujus mysterii, quod est
Christus inter nos, Col. 1. 26. seq. Eph. 3. 8. sq. Mysterium dico per Spi-
ritum S. revelatum sanctis ejus, Eph. 3. 5. quia rationi ac mundo igno-
tum, cui fides & reverentia debetur, propter auctoritatem dicentis, in-
quo evidense est, credendum, ut intelligatur, nam si in se evidense esset,
jam non crederetur, sed sciretur, quod majestatis scrutatores jamdum
à gloriâ oppressi Calviniani sc. à Philosoph. discant. Conf. Eustach. p. 1. p.
136. quare pie miramur illud, non autem curiose rimamur, verba Dei te-
nentes, quibus defraudari non possumus; Fides sola hîc solvat con-
troverfias & difficultates; Ignis immortalis sunt mysteria Christi, noli teme-
rè ea perscrutari, ne in ipsorum perscrutatione comburaris, ait: Ephrem. Basil.
coat. in l. de nat. Dei non scrut. Mysterium est, in quod ceu centrum ac
scopum tota S. Script. circumferentia radiis suis (i.e. articulis fidei)
concurrit, solis Sanctus à posteriori simul, aliquadatenus per experi-
entiam notum: Adeo necessarium, ut citra salutis jaçturam ignorari
non possit, ut hujus ignari reprobi etiam ab Apost. proclamentur,
2. Cor. 13. 5. vid. 1. Cor. 3. 16. c. 6. 19. In hoc beatitudo, perfectio & vita
Christianorum, quod sint Christophori, concives, domestici, membra, templa,
confortes, coheredes, concorpores Christi, Eph. 3. 6. Neque solum maximum
mysterium est, in hac vita absconditum & in die judicii plenius
manifestandum, Col. 3. 4. Sed etiam *ἡμολογούμενον* est omni vivifica consolatio-
nis, &

A.

nis, &

nis, & efficacissimum *de quibus* ad gratiarum actionem, ad orationem, ad peccatorum detestationem & ad sanctam conversationem, uti gravissimè B. Gerh. p. 3. Harm. Ev. p. 554. loquitur. Hoc igitur dum hâc vice methodicè & præparatorie per gratiam nobis concessam delineamus saltem, confugimus ad Christum doctorem nostrum, absque cujus informatione & auxilio omnis labor frustraneus est & exitialis. Hæc mea professio O Jesu, ut per facultates mihi à te concessas de Te omnis sermo ac sensus meus loquatur, te quæ quod es, ignoranti seculo demonstret. Cæterùm auxilii & misericordiæ tuæ munus orandum est, ut extenta tibi fidei nostræ professionisq; vela flatu Spiritus tui impleas, nosq; in cursum vocationis in te propellas: Mitte sapientiam tuam, ô Jehova, è sancto cælo tuo, ut mecum sit & mecum laboret, ut sciam & faciam, quid acceptum sit apud te; Non facias me syllabam intelligere, si non est meum studium in tuam gloriam: Da autem mihi quantum videtur ad tuam gloriâ & Ecclesiæ tuæ derelictæ commodum, propter tuam jure jurando stabilitam promissionem, Amen!

Membrum 1. complectens nominalem dissertationem, quam *in quatuor locis* vocant, quæ accuratè pertractata in faciliorem rei significatæ perceptionem nos provehet.

Thesi. 1. *Unio* ab uniendo vel à termino suo quem constituit, *Unio*.
Unio dicta, est conjunctio rerum distinctarum ad unum ex illis constituendum. Chemn. l. de D. N. c. 7. Hæc distinctione nominali est vel
impropria, E. g. metaphorica, verbalis, relativa, extrinseca &c. Quæ
 subiecta unienda verè non conjunguntur, sed propter *similitudinem* & habitudinem aliquam, quâ mutuo se respiciunt tanquam conjuncta concipiuntur. Vel *propria* & realis quæ est conjunctio rerum naturâ distinctarum actualis, intimam rerum unitarum præsentiam & communionem efficiens. Hujus, quia notante Calov. Metaph. div. p. 283. seqq. est ex classe relationum notentur: 1. *Subiecta* sc. extrema, quæ sunt res naturâ distinctæ, sibi invicem communicabiles, in relatione ad se invicem factæ dictæ. Unio namque est inter plura
distincta, cum in indivisione incommunicabili potius *Unitas*, quam unio fundetur. 2. *Fundamentum*, quod est aptitudo subiectorum respectiva, *in*star actus & potentiæ se habentium, ad recipientis perfectionem. 3. *Ratio fundandi*, quæ est ipse actus, sc. actualis conjunctio, tam
activa ex parte efficientis, quàm *passiva* ex parte unibilis, ac *relativa*

mutua inter duo unienda, quam communicatio, ut effectus formalis sequitur. Vid. Suarez t.1.d.15.s.6.n.10.p.m.359. 4. Terminus ex actuali extremorum unionione resultans, quâ unum indivisum verè & realiter constituitur. Unde jam relatio exoritur, partim ex respectu extremorum ad terminum, quæ est rerum diversarum in uno indiviso termino unio: partim è ~~vice~~ termini ad extrema, quæ est termini ad res diversas communio, consequens sc. & effectum unionis formalis, ab unionione efficienter causati, vid. Calov. p.284. seqq.

§. Divisio.

Th. 2. *Propriam hanc iterum dispescimus in unionem illam, quâ duo concurrunt ad unum per se constituendum, & subdividitur in Essentialem ac Personalem. De quibus vid. Calov. m.D.p.296. seqq. Et in unionem illam, quâ duæ disparatæ & in ratione subsistendi ultimò completæ substantiæ conjunguntur propriè, verè & realiter, & unum mysticum constituunt. Ad hanc præter alios modos ab Excell. Calov. l.c. ex parte recensitos in specie pertinent suo modo unio ~~in~~ *οὐκ ὁμοιογενὲς περιχώρησις*, quando duæ diversæ substantiæ ita conjunguntur, ut lemet invicem arctissimè quidem & intimè completantur ac penetrent, salvâ tamen nihilominus cujusque naturâ & proprietatibus, quam speciem piè veteres sub exemplo ferri igniti explicarunt. Vid. dissert. de unionem mysticâ, quam Cl. Pfeissius sub præf. D. Joh. Schmidt Argent. Anno 1648. habuit. Illa autem unio Mystica, superius dicta, subdividitur rursus in 1. Sacramentalem, super benevolâ præsentia Christi Sacramentali fundatam, & 2. Spiritualem, gratuite, per meritum Christi acquisitæ, gratiosæ & speciali inhabitatrici ac operatrici Dei Triuni & Christi biuni approximationi inproximam, ut distinguatur, à præsentia generali, (quam præsupponit) quâ Deus cælum & terram implet, ac omnes homines in eo sunt, vivunt & moventur, Ierem. 23.v.23. Act. 17. vers. 28. Rom. 11.36. Psalm. 139. vid. Huls. Brev. c.14. §.1. & 3. Mystica illa unio ratione graduum, perfectionum, & arctissimæ cohabitationis in vitâ gloriæ sperandæ, sublimior & simplicior, plenissimam communionem æternæ & gloriolæ beatitudinis inferet, quâ Deus omnia in omnibus erit; Quæ nobis dicitur Vnio gloriosa.*

*Vnionis
gratiosæ
Synony-*

Th. 3. *Nos hac vice gratiosam unionem, non in communionem unius Spiritus solum, nec tantum in conformitate qualitatum cum Christo, sed*

sto, sed etiā in participatione carnis Christi gratiosè presentis, juxta Cyrill. & Chrysost. cit. Hopfn. l. 1. p. 357. per quam toti SS. Trinitatis specialiter unimur, cum Deo gratioso considerabimus; Quæ quoad aquipollentes appellationes, à Patribus & Theologis nostratibus dicuntur mystica à modo sc. & spiritualis, tum à modo proprio, tum à causā & effectu, ut contradistinguantur, carnali, corporali, crasso &c. Ab Eminent. Brochman. t. 2. L. c. de Eccl. c. 6 p. 786. seqq. essentialis, Gregor. de val. t. 4. in Th. d. 6. qu. 3. Substantialis, Hilar. l. 8. de Trin. naturalis, Cyrill. l. 10. in Ioh. c. 26. corporal & vocatur; quibus ut & reliquis Patribus Christus nobis uniri scribitur, carnaliter, substantialiter, naturaliter &c. non quoad modum, sed quoad indistantiam: c. realem ad essentialitatem, objectorum, sc. corporis Christi & fidelium, vid. B. Hopf. Hulf. l. c. quibus tutius & rectius substantiarum, vel inhabitantis unio nuncupatur, resp. extremorum, quæ non solum communi modo, sed & singulari per sacramentalem manducationem, credendo sc. & edendo, arctiori substantiarum unitione copulantur. Confer. Thumm. Imp. W. Et. 61. p. 142. seqq. Pie etiam cum Damasc. l. 3. de Orib. f. c. 3. potest appellari unio *ἡ ἁπλοῦς ὁμοῦ* personarum resp. termini à quo: Patribus frequentè singularis, arctissima, realis dicitur; vid. Hopff. latè tr. 1. p. 360. Contra Pontif. Calvin. & Weigel.

Th. 4. Egregiis & Emphaticis nominibus proprietas hujus unionis in S. Script. explanatur. Quando vocatur, Desponsatio fidelium cum Christo, Hps. 2. 19. Mysticum Christi & ecclesiæ conjugium, Eph. 5. 23. Gratiola presentia Christi apud fideles, Matth. 18. 12. c. 28. 20. Conjunctio capitis cum corpore, Eph. 1. 22. ædificii vivi & fundamenti immoti, 1. Petr. 2. 4. mansio Dei Trini apud credentē, Ioh. 14. 23. Christi in nobis & nostri in Christo, c. 6. 36. Conglutinatio nostri cum Domino, 1. Cor. 6. 17. Communio mutua cum Deo, 1. Ioh. 1. 7. Inhabitatio Christi in cordibus nostris per fidem, Eph. 3. 17. in cordibus contritorum & afflictorum, Es. 57. 15. Christi indutio, Gal. 3. 27. esse Dei in nobis, & nostri in Deo, Ioh. 14. 20. participatio, Hebr. 3. 14. manifestatio, Ioh. 14. 21. &c. assimilatur infusioni, implantationi, incorporationi, in adificationi, in habitationi, &c. Et quæ omnia licet non omnimodè congruant, substantialem tamen terminorum propinquitatem cum influxu gratioso conjunctam, & consq. unionem propriam

mia 1. ex
Doctori-
bus.

2. Ex S.
Scripturā.

primum

priam evincunt. vid. Hopfn. l. c. Et oratoricè diducta in praxi miram vim movendi auditores obtinent.

Membrum 11. Inchoans realem tractationem, τὸ ὅτι sive existentiam illius demonstrando.

Unionis
Existentia
contra Di-
abolum
doctrinâ &
vitâ con-
firmanda
spectatur,

Th. 1. Summa & salutifera quatuor Unionum, sc. Essentialis, Personalis, Sacramentalis & Spiritualis mysteria sese invicem causantia, & proportionaliter respicientia, sicut huc usque, ita & adhuc in contradictionis signum posita sunt. Dum callidissimus & antiquus ille serpens nequam diabolico suo quomodo & nequaquam non solum tria priora, sed & hoc posterius ab illis causatum, propter maximum robur, vim & virtutem in unionem hac fundatam, & ex eâ omnem spem, salutem ac gloriam filiorum Dei promanantem per progenies suas, Hæreticos, inprimis pestilentissimos *Wegelianos* suspectum & odiosum reddere, partim per semen suum viperinum in corda hominum vibratum, incredulitatem sc. & inobedientiam, negare, atque ita in *Paradiso* & *regno gratiæ* nos constitutos, à communione amicâ cum Deo avocare & in regni sui societatem pertrahere nititur; Ast in culpâ & miseriâ adhuc constitutâ posteritas Evæ nos admoneat, Deo ut præcipienti obtemperemus, speculatores vigilemus, *Diaboli* se in Angelum lucis transformantis *insidias* animadvertamus, qui mutatis personis & circumstantiis semper antiquam fabulam agit: *Architecti* domum imaginis divinæ & vastatam Hierosolymam pugnantes reedificemus: Hæc enim prerogativa nostra, quod in regnum Dei translatici cum ipso unionem & communionem habeamus. Huc tota *S. Scriptura* collimar, & in hoc omnes *fidei articuli* concatenati conflunt.

vel absolu-
tè
& priori ex
hominis
creatione.

Th. 2. Unionem autem seu conjunctionem hanc tota *S. Scr.* demonstrat. Ideo enim creati sumus ad imaginem Dei, ut tanquam perfectionum Epitome & ἀποτίκεμα, Dei peculium, deliciæ, quies & habitaculum essemus. Ut licet Deus in Christo, imagine essentiali, ita in nobis imagine accidentali, quoad similitudinē resplende-
ret, &

f.